

peret eam, mala sua poterit homo inuenire non bona, etiam si eum unius diei uitam habere
 tem super terram gratia saluatoris inuenit. Quia si aliquid boni operatur homo ut gratia
 mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum
 qui iustificat impium ut deputetur fides eius ad iusticiam, iustus enim ex fide uiuit, perfecto
 Abachuc 2. antequam gratia iustificetur ut iustus efficiatur, impius quid est nisi impius? Quae si debitum se-
 queretur, quid eius merito nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia iam non ex operibus est,
 Romae 11. alioquin gratia iam non est gratia. Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur unde
 etiam nuncupatur. Si quis autem dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare
 non possumus, immo uero gratissime confitemur. Hanc enim fidem uolumus habeant qua
 impetrent charitatem quae sola uere bene operatur, isti fratres nostri qui multum de suis o-
 peribus gloriantur. Charitas autem usque adeo donum dei est, qua impetrent iustificationem per
 2. Cor. 6. dei gratiam peruenerunt ad legem iusticiae. Unde dicitur, Tempore acceptabili exaudiui te,
 & in die salutis adiuui te. Proinde in his qui per electionem gratiae salui fiunt, adiutor deus
 philip. 2. operatur & uelle & operari pro bona uoluntate, quoniam diligentibus deum omnia coope-
 rantur in bonum. Si omnia, utique & ipsam dilectionem quam fide impetramus, ut eum qui nos
 prior dilexit ut in illum crederemus, per eius gratiam diligamus, & diligamur quod opera-
 ti non sumus. Qui uero suis meritis praemia tantum debita expectant, nec ipsa merita dei gra-
 tiae tribuunt, sed uiribus propriae uoluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes
 legem iusticiae in legem iusticiae non perueniunt, Quare? Quia non ex fide, sed tantum ex o-
 peribus. Ipsa est enim iusticia ex fide quam gentes apprehenderunt, de quibus dictum est,
 Romae 9. Quid ergo dicemus? Quia gentes quae non cognouerunt iusticiam apprehenderunt iusticiam,
 Iusticiam autem quae ex fide est: Israel autem persequens legem iusticiae, in legem iusticiae non
 peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed tantum ex operibus. Offenderunt enim in lapide ob-
 Esa. 28. fensionis, sicut scriptum est, Ecce ponam in sion lapidem offensionis, & petram scandali, &
 qui crediderit in eum non confundetur. Ipsa est iusticia ex fide qua credimus nos iustificari,
 hoc est iustos fieri gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, ut inueniamur in illo non
 habentes nostram iusticiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi. Quae ex deo
 iusticia in fide: utique in fide qua credimus nobis iusticiam diuinitus dari, non a nobis in no-
 bis nostris uiribus fieri. Nam cur illam iusticiam quae ex lege est, suam dixit apostolus, non
 ex deo, quasi lex non sit ex deo? Quis hoc nisi impius senserit? sed quia lex per litteram iubet,
 non per spiritum iuuat, quicumque sic audit litteram legis ut ei sufficere uideatur cognouisse
 quid iubeat aut prohibeat, quo id se arbitrii sui uirtute impleturum esse confidat, nec fide con-
 fugiat adiuuandus ad spiritum uiuificantem, ne reum factum littera occidat, Is profecto ze-
 Romae 10. lum dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorans enim dei iusticiam, id est eam quae da-
 tur ex deo, & suam uolens constituere, ut tantummodo ex lege sit, iusticiae dei non est subiectus.
 Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credenti, sicut idem apostolus dicit, ut nos i-
 mus iusticia dei in ipso. Iustificati igitur ex fide pacem habemus ad deum per dominum no-
 strum Iesum Christum, Iustificati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa superba sit. Nec
 2. sen. dif. 26. dicat sibi, si ex fide quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur?
 cap. 7. si. Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit ut merear iustificationem habeo fidem, respondet
 ei, Quid enim habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unum
 2. senten. dif. cuique deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam aliquid meriti praecedat humanae,
 26. cap. itaq. sed ipsa gratia augeri ut aucta mereatur perfici, comitate non ducente, pedisequa non praer-
 uia uoluntate. Unde ille qui dixit, Fortitudinem meam ad te custodiam, causamque reddit dicens,
 psal. 58. Quoniam deus susceptor meus es, tantum requireres quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque
 in se inueniens ante gratiam dei, Deus meus inquit misericordia eius praeruenit me. Quantum
 cumque inquit cogitauero antecedentia merita mea, misericordia eius praerueniet me. Proinde
 ab illo attributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem seruatore non perdit quod eo
 de largitore suscepit. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie fideliterque sciendo a quo sibi bo-
 na sunt